LIBER FUNDATORUM ZWETLENSIS ('BÄRENHAUT')

um 1310/1314

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sensu procuratoris nostri fratris Chunradi consi-
lio et totius conventus nostri unius talenti redditus
in hmannes cum omni iure proprietatis advo-
catie ac iudicii villicani sicut iuste pos-
sedimus et quiete domino abbati et conven-
tui de Zwetel pro nouem talentis denariorum
usualium vendidimus absolute. Promitten-
tes eidem domino Abbati et conventui quod bo-
na predicta ipsis tuebimur ubicumque aut a
quocumque super eisdem proprietatis ordine inpe-
titi fuerint iuxta terre consuetudinem appro-
batam. que si ab eis evicta fuerint iusti-
cia mediante. nos equivalentia de possessi-
onibus nostris bona ipsis assignabimus ut est
iustum. In cuius rei certitudinem presentem pa-
ginam ipsis dedimus sigilli nostri munimine
roboratam. Acta sunt hec in Meylan Anno
domini M°. CC°. lxx°. viii. Idus Decembris.
Indictione Tertia decima.

Item littera domine
Wlfhildis vidue relicte domini Wichardi
de Tierna super villa nostra et molendino
in Etzeleinslag iuxta windister ad of-
ficium subcellerarii pertinente. hec autem vil-
la corrupte Metzeleinslag a pluribus
nominatur.

Universis Christi fidelibus presentes lit-
teras inspecturis. Wulfhildis
relicta vidua de Tyrna salutem in om-
nium salvatore. Cum federa coniugalis
copule iuxta domini sententiam karitate vi-
caria in vita foveri debeant et nutriri. dig-
num est ac consequens ut beneficia que cor-
poraliter fuerint exhibita aliis pietatis
operibus et post obitum comprobentur. Notum
sit igitur tam presentibus quam futuris quod
ego Wulfhildis dilectione mariti mei
domini Wikhardi pie memorie iam defunc-
ti provocata. pro remedio ipsius anime
ac mea propria et sive mee salutis villam
in Ezelenslage cum Molendino adiacente
fratribus et conventui Monasterii in Zwetel
ad officium subcellarii pro eiusdem conventus so-
latio amplioris. contuli possidendam. Quam
villam predictus maritus meus prefatis frat-
ribus delegavit adhuc vivens resignan-
tes totum Ius nostrum cum villa quemadmodum
eam possedimus multis annis. Filia mea
Jutta cum coniuge suo Johanne uiri suo
quod in villa prenominata habere videbatur
integraliter renunciaverunt. Ad cuius rei
evidentiam et cautelam presentem litteram cum
sigillo proprio mariti mei censui roborare.
cum testibus subnotatis. Qui sunt Wern-
hardus filius patrui domini Wichardi. Ek-
kardus de Mitzelbaricz et frater ipsius
Hartlibus. Dominus Chunradus plebanus
de Fretking. Dominus Almarus. Ple-
banus de Drozendorf. Waltherus mi-
les de Tyrna. Dominus Hugo de Liechtenvels
dominus Pilgrimus de Swarzenawe. et alii
multi ydonei et probi viri. Acta sunt hec
Anno domini. M°. CC°. lxv°.

Sciant autem universi ac singuli quod dominus
abbas et conventus de Herbes quibus pre-
fatam villam adhuc vivens ante annos
resignauiam tam in sepultura domini Wic-
hardi quam ante ipsius obitum quicquid iuris
sibi fuiat supradictis fratribus resignaverunt
in possessione predicta. In cuius rei evidentiam te-
stimonium idem abbas presenti littere sigil-
lum proprium apposuit et impressit testibus
subnotatis. Quorum nomina sunt. Dominus
Wnhardus de Lavkwitz. Waltherus de
Tyrna. et Wnhardus frater ipsius. Diet-
ricus et Wnhardus fratres filii Hugonis. Wolf-
hardus et Waltherus filii Waltheri
de Tyrna cum aliis multis.

Item littera domine Elyzabeth de Mysawe
super quibusdam redditibus in Levbs.

Universis Christi fidelibus presentes litteras
audituris Elyzabeth Relicta vi-
dua de Meyssawe et filius eius Stephanus
Salutem in omnium salvatore. Cum mari-